

qui vicit omnes antecessorés suós |  
 sénsú decóre adque arte suptilissimá. |  
 Nunc véra versu verba dicamus senés: |  
 sum victus ipse, fateor, á ter cónsule |  
 Véró<sup>4</sup> patrónó, nec semel sed saepius, |  
 cuius libenter dicor exodiarius<sup>5</sup>.

Romae (VI 9797 vidit Bormann. Buecheler *carm. epigr. n. 29. Tractavit Mommsen eph. ep. 1 p. 55 seq.*). — 1) *Primus ex civibus Romanis qui vitreis pilis publice luserit, cuius lusus praeterea mentio fieri non videtur.* — 2) *De pilicrepis in balneis se exercentibus cf. Seneca ep. 56, 4, Statius silv. 1, 5, 57. Cf. praeterea C. I. L. IV 1147. 1905. 1926 (sphaeristeria cum balneis coniuncta Plin. ep. 2, 17, 12. 3, 6, 27).* — 3) *Cellae vinariae imperatoris, in qua vina asservabantur optima (Momms.).* — 4) *Significatur M. Annius Verus praefectus urbi et consul tertio anno 126; cf. supra N. 2117 not. 4.* — 5) *Cf. Schol. Iuv. 3, 175: exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret.*

**5174** P. Aelio Aug. lib. Secundo | pilario<sup>1</sup> omnium eminentis|simo,  
 fecit Aelia Europe, | viro sanctissimo, et sibi, | et Secundo et Magnae  
 filis, | et lib. libertabusq. posterisq. eorum; | qui vix. ann. XLVI.

Romae, iam Urbini (VI 8997 vidit Bormann). — 1) *Cf. Quintil. 10, 7, 11: miracula illa in scaenis pilariorum et ventilatorum.*

**5174<sup>a</sup>** M. Pomponius | Zosim[u]s negoti|ans ma[t]eriararius | [v.] f. sibi  
 et Pomponi|ae Semne filiae op|timae defunctae | et Pomponio Secun|dino  
 defuncto | b. m. Hic lapide lu|sit ponderibus | his: XXXX, L, C<sup>1</sup>.

Salonis rep. a. 1892 (III S. 12924 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. Hieronymus comm. in Zach. 2, 12 (VI p. 896 ed. Vallars): mos est in urbibus Palaestinae, et usque hodie per omnem Iudaeam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidis et castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos iuvenes exercere se soleant et eos pro varietate virium sublevare, alii usque ad genua, alii usque ad umbilicum, alii ad humeros et caput, nonnulli super verticem, rectis iunctisque manibus, magnitudinem virium monstrantes, pondus extollant. (Attulit locum Gatti in actis minoribus acad. Lyncaeorum ser. V t. 1, 1892 p. 800.)*

**5175** L. Cornificius L. l. | Philemo pugil; | Marcia Sex. l. | Cleo-  
 pa[t]ra.

Romae (VI 10156 vidit Fabrettius).

**5176** d. m. | T. Iotelus | citirva|rius<sup>1</sup>, v. | a. LXXXI, | h. s. e. | O. t.  
 b. q. f.

**5176<sup>a</sup>** Cirijs ca|thruarius<sup>1</sup> | v. a. XXII.

Constantinae (VIII 7415. 7414 descripsit idem qui N. 5225, nescio quam recte). — 1) *Catervarios intellegit Mommsen; cf. supra N. 5053: pugiles catervarios; Sueton. Aug. 48: spectavit studiosissime pugiles et maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat, sed et catervarios oppidanos inter angustias viarum pugnantes temere et sine arte.*